

1583 i. 17. Jbris. Ex ms. Bibl. Latus. No 255.

Patris Possevinus ad Dominum
Cancellarium. Ex ms. bibl. Latuski, 255.

[Quale responsum a Rege Suecia
in causa arcium quorundam resti:
tueniarum acceperit.]

132

Non poteram omnia isthuc perlegere,
que mihi ex Suecia perscribentur, seu
in itinere, caput autem quarundam
literarum mitto Illustrissime Domina:
tioni Vestre, preterea, quas Illustris
illius Regni Cancellarius, Regis Affinis,
mihi miserat, quarum exemplum mi:
si per Reverendissimum Dominum De:
gatum ad Illustrissimam Dominationem
Vestram. Quod ego ei responderim, quid:
ve nunc respondeam Secretario Regis
Suecia, erit integrum perlegere. Omni:
no videtur mihi, ut Suecia Rex repe:
tit, qua dudum petierat, posse accidere,
ut tractatio instituatur utriusque rei,
et Narva, et repetitarum pecuniarum,
ubi nunc cum Cesare fit. Id vero espe:
dire, ut cordate, uti solet Illustrissima
Dominatio Vestra, literas mihi scribat,
quas in Sueciam mittere possim per
hominem certum, quem illuc Caspovia
reditus allegabo. Cum vero per ^{quum} commis:
sarios, tota illa res transigenda fuerit,
non Despero faciliora omnia futura, quam
si cum illo Rege ageretur, et Stetinen sis

compositionis

Nowakowski

compositionis recordatur Illustrissima
Dominatio Vestra, quae inter eum Regem
ac Danum tamen secuta est, et perdurat.
Porro literae Illustrissimae Dominationis
Vestrae ad me scriptae, iethi, apud Re-
verendissimum Dominum Legatum,
vive apud R. Thomam Salcium, qui
est apud S. Stephanum, relinquuntur.
Commendo res nostras diligenter, et ego
diligentissime agam res Vestras. Omnia
faustissima precor. ~~La~~ Caspovici die
Decima septima Septembris, perendie
futurus ad prandium, Deo dante, Caspo-
vie, vel sequenti die. Interim equita-
mus, et navigamus; omnia rogo, ut
annuntiet Regi meo Serenissimo. An-
no 1583.

[Dominatio Vestra Illustrissimae
fidus servitor in Christo

Antonius Boperinus imp.]